



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De presbyteris qui parochias fugerint, in quibus locati sunt. ccxxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

propter Dei dilectionem quis de seruis suis quenquam *th. habi-*
 elegerit, & docuerit literas, & libertati condonauerit, & *to. cui in-*
 per intercessionem erga episcopum presbyterum effe- *terfuit*
 rit, & secundum apostolos victum & vestitum ei donaue- *Cōradus*
 rit: ille autem postea in superbiam elatus missam dominis *rex. cap.*
 suis & canonicas horas obseruare, & psallere renuerit, & *38.*
 eis iustè obedire, dicens se liberum esse, noluerit, & quasi
 liberè cuius vult homo fiat, hoc sancta synodus anathema-
 tizat, & illum à sancta communione arceri iudicat donec
 respiscat, & domino suo obediat secundum canonica
 praecepta. Sin autem obstinato animo & hoc contempse-
 rit, accusetur a quod episcopum qui eum ordinauit, & de-
 gradetur: & fiat seruus illius idem domini sui sicut natus
 fuerat. Quisquis verò talem secum habuerit, posteaquam
 rem illius praedictam audierit, & domino suo non reddi-
 derit, vel à se proiecerit, siue episcopus, siue comes, siue
 clericus, siue laicus, anathematis illius societate nodatus,
 poenam excommunicationis luet.

De presbyteris qui parochias suerint in quibus lo-
cati sunt. Cap. CCXXXV.

Presbyter proprio loco dimisso ad alium migrans, ne- *Ex concil.*
 quaquam recipiatur, nisi suae migrationis causam di- *Cabilion.*
 xerit, & se innocenter vixisse in parochia in qua ordina- *cap. 41.*
 tus est sub testibus probauerit: literas etiam habebit in
 quibus sint nomina episcopi & ciuitatis plumbo impres-
 sa, quibus cognitis, & talibus inuentis quibus fides adhi-
 beri possit, recipiatur.

De presbyteris qui crimine capitali accusantur, &
collegas quibus se excusare possint non habent.

Cap. CCXXXVI.

De presbyteris qui crimine fornicationis, siue aliquo *Ex cōcil.*
 capitali flagitio accusantur, & non habent collegas *Triburi.*
 cum quibus se excusare possint, aut si fortè lapsi fue- *cui inter*
 rint, quomodo satisfaciant. In quorum iudicio neque *fuit Ar-*
 ad dexteram, neque ad sinistram declinandum est, sed re- *nolphus*
 eta via gradiendum. In concilio nanque Neocæsarien- *rex, ca. 6.*
 si cap. scriptum est: Presbyter si vxorem acceperit, ab or-
 dine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, aut adulterium
 perpetraverit, amplius pelli debet & ad poenitentiã redigi.